

6646 Antii VVLPI; in villa Albana MAR.

V E N T  
ii. cl. AVDIVS · AVG · L · T  
M A T E R N V S

Vulpi Lat. 3, 49; Marini cod. Vat. 9120 f. 154.  
2 fin. τ om. Vulpi. — Apud Vulpium ad-  
haeret n. 6764.

6647 inter Antiates.

DIS f Anu- ECIT  
GA bis d. IHEME  
palmam,  
sin.  
caduceum  
tenens DVGINE

Baldanius per Gallettium misit Gorio cod. Maruc.  
A. 77.

1 EECIT traditur. — 3 fortasse HINC REDVCI.

6648 Antii in villa Albana MAR. Romae in  
villa Albana, stanza degli Ercoli HVEBNER.  
Frustra quaesivit Henzen.

A · M O D E S T A  
pro salute sua et su O R V M  
u . s . L · M s

Huebner descripsit. Marini cod. Vat. 9120  
f. 156.

6649 a 20 marzo 1728 mi fu mandata la seguente iscrizione ritrovata di fresco nel Porto d'Anzo,  
che ora si conserva nel museo dell' em. Al. Albani COMO; apud Alex. Albanum ex dono Ansidei  
praefecti 1724 GOR. MVR. DONAT. In museo Capitolino GVASC. Ibi est adhuc.

GERMANICO CAESARI · TI · CAESARIS · F · DIVI · AVGVSTI N  
C · IVLIVS · CHIMARVS · IDEM · STATVAS · ET · AEDICVLAM  
PREFECIT · SÉDÉS · MARMOREAS · POSVIT

Descripsit Dessau. Comus apud Muratorium in litteris scriptis 14 Oct. 1732 ms. 18, 224, ed.  
444, 1; ex schedis autographis Stoschii Gori cod. Marucell. A 6 et Donat. 210, 9; Guasco  
M. C. 75; Foggini fasti p. 133; Marini cod. Vat. 9123 f. 219, qui Arvali p. 713 n. 87 apices  
enotavit. Orelli 657 (cf. adn. Henzeni).

6650 optimis et magnis litteris. Antii in villa  
Albana MAR. Nunc Romae in villa Albana.

ii. CLAVDIVS arusi f. caesar aug. germanicus  
poN · MAX · Trib. pot

Descripsit de Rossi. Paulo integriorem dat  
Marini cod. Vat. 9120 f. 156.

Inclinatis expressa addidi ex Marinio.

6651 litteris magnis. Antii rep. a. 1853.

imp. nerua CAESAR · AVG · GERMANIC pont. max  
trib. pot. iii cos. IIII · IMP · ii pater patriae

Lombardi Anzio 1865 p. 255.

6652 Porto d'Anzo rep. a. 1702 BIANCH.; e ruinis Antiatibus ZACC. Romae apud cardinalem  
Alex. Albani LVPI. MVR. Est in villa Albana, stanza del gladiatore.

imp. CAESARIS DIVI TRAIANI · PARTHICI · FILIUS DIVI · NERVAE nepos  
traianus Hadrianus a VGVS TVS · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB · POTEST · V · . . . .  
a EDEM ue TVSTATE CORRVP TAM · RESTITVIT ·

Recognoverunt Henzen et Dressel. Bianchini in epistula scripta ad papam ex Portu Antii a. 1702  
servata in volumine bibliothecae Albanae stanza de' MSS. D. 8, unde excerpit Marinius cod.  
Vat. 9126 f. 6; Lupi apud Zaccariam cod. Vat. 9143 f. 51'; Mur. 452, 6 nec diverse Marini  
cod. Vat. 9123 f. 167.

Quae dantur inclinatis, servavit Bianchini. — 2 fin. v Bianch., videturque adesse eius litterae  
pars ima.

6653 Antii rep. a. 1733 mense Ianuario LVPI;  
rep. a. 1743 m. Maio CORSINIUS (v. ad  
n. 6640). Est ibi in villa olim Albanorum,  
nunc regia. — Romae in museo Albano  
MVR. errore.

PARTHICI · PRONEPOT · DIVI ·  
NERVAE · ABNEPOTI ·  
L · AVRELIO · VERO · AVG ·  
TRIBVNIC · POTESTAT · COS II p. C. 161

5 ANTIATES · PVBL ·

Descripserunt Detlefsen, Hirschfeld, Dessau.  
Lupi epit. Severae (1734) p. 119; Mur. 1024, 6  
a Brandano praefecto bibliothecae Albanae;  
Corsinius cod. Marucell. A 10; Galletti cod.  
Vat. 7929 f. 333; Marini cod. Vat. 9120 f. 144,  
iscr. Alb. p. 43; Nibby anal. 1, 176; Lombardi  
Anzio p. 146.

6654 Antii nuperrime effossum VVLPI a. 1726.

. . . DIVI hadriani pronepos  
diui TRAIANI parthici abnepos  
diui nerVAE adnepos  
M · AVRELIVS commodus antoninus  
5 AVG · PIVS sarmaticus germ. max  
brittANicus . . . .

Vulpus Lat. 3, 48 qui vidit.  
4 in. item hiatus significatur.

6655 Antii apud Albanos MAR. Iam Romae in villa Albana.

ab una parte:  
imp. caes. l. septimi  
seue XI · PERT · AVG  
arab ADIABES  
parth ILLIO ·  
m. aurelio  
antonino aug cet.

ab altera:

CHAIAE · T

Descripsit Rossius. Marini cod. Vat. 9120 f. 156 dat priorem.

6656 in Antio vetere in principis Pamphili palatio olim cardinalis Caesii SVARES.; in Pamphilia villa VVLPI. Romae in museo card. Albani MVR.  
Nunc in Capitolino.

FLORENTE IMPERIO · DDD AAAGGG Q · NNN GRATTIANI sic p. C.  
VALENTINIANI ET THEODOSI PRINCIPVM · MAXIMORVM 379/382  
THERMARVM SPECIEM RVINAE DEFORMITATEM SORDENTEM  
ET PERICVLOSIS PONDERIBVS INMINENTEM QVAE LABANTEM  
5 POPVLVM METV SOLLICITVDINIS DETERREBAT · EXCLVSA TOTIVS  
SCARIE VETVSTATIS AD FIRMAM STABILITAE VSMQ · TECTORVM  
ANICIVS · AVCHENIVS · BASSVS · V C · PRO CONSVLE CAMPANIAE  
VICE SACRA IVDICANS PPARAVI IN MELIOREM CIVITATIS EFFIGIEM

Recognovit Henzen cum Dresselio. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 270 et  
denuo f. 271 pessime; Vulpi Lat. 3, 170; Mur. 464, 7; Guasco Mus.  
Cap. 116.

8 sic Henzen, REPARAVI reliqui. — Florente imperio (trium) d(o-  
minorum) A(u)g(ustorum)q(ue) n(ostrorum) Grattiani, Valentiniani et  
Theodosi principum maximorum thermarum speciem ruinae deformitatem  
[= deformitate] sordentem et periculosos ponderibus imminentem, quae  
labantem [= lavantem] populum metu sollicitudinis deterrebat, exclusa

totius scarie [immo carie] vetustatis ad firmam stabilitate(m) usumq(ue) tectorum Anicius Auchenius Bassus v(ir) c(larissimus) pro consule Campaniae  
vice sacra iudicans r[e]paravi in meliorem civitatis effigiem.

ad n. 6646. Hodie Romae in museo Torloniae, ubi Bormannus descripsit sic:

V E N I  
 u. cl. VDIVS · AVG · L · P  
M A T E R N V S

ad n. 6652. Scribe: Est in museo Capitolino, stanza del gladiatore.

ad n. 6679. Hodie Romae in villa Albana, ubi descripsit Dessau; sed deficient litterae extremae. Visconti descr. p. 316 n. 222. — 4 post Q spatium vacuum. — 5 in. \RAT, id est TRAT vel fortasse ERAT aut FRAT.

ad n. 6680. Legitur item in cod. Marucelliano, de quo modo (p. 988) dixi, sub titulo 'in Neptuno'; exemplum non differt, nisi quod initio est O·RVSTIVS, et etiam versus eadem ratione distribuit.

ad n. 6686. Refert item Maffei M. V. 101, 4 repertam, ut ait, Romae in castris praetoriis.

ad n. 6688. Consulis est a. 127; vide infra n. 8291.

ad n. 6691. Eiusdem plumbarii fistulae aliae prodierunt Romae ad castra praetoria (Maffei M. V. 102, 1; Lanciani acque p. 217 n. 36, cf. p. 249 n. 250) inscriptae sic: *stationis propriae* (sic) *privatae domini n. Alexandri Aug.; Sex. Egnatius Reditus fec.*, unde et nomen emendatur et tempus definitur.

ad n. 6694. Eiusdem plumbarii fistula prodiit prope Romam ad Appiam iuxta sepulcrum Metellae (Lanciani acque p. 240 n. 192): *imp. Caes. Nerv. Traian. Aug. Ger. Dac.; sub cur. Nilatis procur.; Flavius Trophimus fec.*

ad n. 6751. Hodie Romae in villa Albana, ubi descripsit Dessau. — Edidit Visconti descr. della villa Albani p. 317 n. 228. Adde initio D·M. — 4 NI DOM Dessau.

ad n. 6759. Rep. prope Nettuno sul margine di una via vicinale, la quale girando dietro alla villa Costaguti-Borghese conduce a Porto d' Anzio, in pavimento vetusti oratorii Christiani teste Lanciano Bullett. munic. 5 (1877) p. 178, qui legit sic:

D e m  
 VRBICO · GAI  
 VIXIT · AN · XXXX  
 THREPTE · SODAL  
 B · M · F

8291 Antii in aedibus Pollastrini in un angolo del terrazzo vidit Rossius; fragmenta, quae neglecta iacebant, nuper pessumdata esse rettulit Gattius Rossii meoque iussu Antium profectus, ut ea recognosceret. Quattro anni fa, Gattius ait, alcuni frammenti della iscrizione stavano ancora sulla medesima terrazza. Ma certi ragazzi li rompevano e li gittavano sulla strada e sulla campagna sottoposta. Avvertito il proprietario di questa dispersione, rispose che già altri pezzi ne erano andati a male, e che poco importava, essendo stati copiati tutti i frammenti, già da alcuni anni, dal comm. de Rossi.

C · A T I L I O · S N · F · / n  
 l. c u s p i o · I V L I A N O · C L · R u f i n o  
 C O S · P R O C O S · P R O V I N C · A F F I C I A E  
 L E G · A V G · P R · P r . p r o v i n c i a e · S Y R I A E · E T P R O  
 5 V I N C I A E · C A P P A D O C I A E · E T · A R M E N I A E · M A I O R  
 E T · M I N O R · V I I R · E P V l o n . a O N I S · M I L I T A R I B V S  
 D O N A T O · A D I V O · T R A I A N O C O R O N A · M V R a l i  
 V A L L A R I · N A V A L I · H a s t i s p u r i s I I I I v e x i l l i s · I I I I · P R · V R B  
 P R A E F · A E R A R I I · S A T u r n i p r a e f . a e r a r . M I L I T A R · L E G  
 10 l e g . / / / g e M · P · F · C V r . u i a r . / / / / / / / / / / I A E · P R A E F ·  
 f r u m e n t i P A N D I · E x . s . e . s e i r o e q . r o m . t u r m a E · I I  
 t r i b . p l . q u a e s t T o r i p a t r i s ( ? ) i n p r o c o s . A S I A E

Descripsit et mecum communicavit Ioh. Bapt. Rossi (memoravit Bull. dell' inst. 1880 p. 139), cuius sunt supplementa.

6 MILI/TARIBVS exemplum. — 10 in. linea remansit numero supraposita. — In fine titulus integer est. — Ad nomina quod attinet, idem homo praeterea appellatur C. Cuspius Rufinus in tegula urbana lectionis certae (est in ea

L. St. Quadr. et C. C. Ruf. cos.; Marini Arv. p. 239), L. Cuspius Rufinus in titulis duobus urbano vol. VI n. 160 parum bene tradito et certae lectionis Ostiensis ann. inst. 1868 p. 373. Iisdem duobus praenominebus etiam filius eius utitur C. (sic VIII, 8937) vel L. (sic titulus Lugdunensis Orell. 2325) Cuspius Rufinus cos. a. 197. Composuit denique cum hoc Rufino Rossius T. Atilium Rufum Titianum consulem a. 127 (Lebas-Waddington n. 1619) nominatum item in fistula Antiatina supra n. 6688. — Cursus honorum quaedam habet insolita. Post quaesturam et tribunatum (pro quo item aedilitas potest fuisse) seviratus venit recte opinor a Rossio restitutus, nam quamquam tribunatum antecedere solet, sevirum tribunatum (potius quam aedilicium) habemus in Ariminensi Henzeni n. 6488 = vol. XI n. 383, praetorium adeo, nisi tradita fallunt, in Dacica vol. III n. 1458. — Legationis legionis ante praetoram susceptae alii quoque tituli testes sunt; contra praefecturam aerarii ante praetoram datam esse (cf. Staatsrecht 2, 971) non memini alibi me legisse. — Quae sequuntur dona militaria duplici nomine difficultatem faciunt. Primum coronam quartam auream vexillorum numerus requirit, ut lapicidam suspiceris errasse; nam quem in litteris ad me datis citat Rossius titulum (vol. VI n. 1599) M. Bassaei Rufi praefecti praetorio imperante Marco et in eo officio donati corona murali vallari aurea, hastis puris IIII totidemque vexillis obsidionalibus, eo nomine differt, quod haec praemia sunt honoris summi quidem, sed tamen equestris. Deinde non satis apparet, quodnam officium administrans Rufinus ea meruerit. At cum dona militaria talia sint, qualia summis ducibus concedi solent, probabile est Rufinum ea accepisse legatum Cappadociae et Armeniae maioris minorisque: nam legationes duas diversas significari, alteram hanc, alteram Syriae certum est, quamquam solitae vocabuli legati Augusti pro praetore repetitionis locum copula obtinet. Id si ita est, legationem illam Rufinus administravit imperante Traiano († 117), idque etiam aliunde confirmatur. Recte enim Rossius cum hoc titulo composuit verba biographi Hadriani c. 21: Armeniis regem habere permisit, cum sub Traiano legatum habuissent; nec dubium est id Hadrianum fecisse brevi post imperium adeptum. Hoc nunc primum intellegitur a Traiano Armeniam maiorem ita in formam provinciae redactam esse, ut non suum legatum ei daret, sed provinciam Cappadociam Galatiamque ad a. certe 99 indivisam (Marquardt Staatsverw. 4 p. 363) in duas provincias describeret, alteram Galatiam, alteram Cappadociam cum Armenia minore et tum demum adiuncta maiore; quae divisio mansit etiam post redditam regibus Armeniam maiorem. Legatio illa Cappadociae Armenia-rumque, cuius alterum exemplum extat nullum, utrum consularis fuerit an praetoria, ambiguum est; sed illud probabilius, nec quicquam obstat, quominus Rufinum statuamus primum duodecim fasces gessisse sub Traiano. De Syriae legatione proconsulatuque Africano praeterea memoria nulla superest. Consulatum alterum gessit grandaevus iam anno 142 una cum L. Statio Quadrato testibus fastis titulisque compluribus, scilicet praeter tres supra allatos cippo Germanico C. I. Rh. n. 1845 et tabella Dacica vol. III p. 941. Hoc mirum est nusquam praeterea iterationis notam addi, quam tamen et cippus Antiatinus habet et ipsis rebus quodammodo requiri modo vidimus.